



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CXXXIX. Jus strictum & summum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

III.

Quodcunque jure naturæ decisum non est, sed quisque Imperans ad utilitatem Reipubl. æqualitatemq; inter cives servandam statuit, illud est juris Civilis, quia ibi incipit potestas principis, ubi definit jus Naturæ. Exemplum in Usucapione, &c.

IV.

Quotiescunque Jus Civile non probatur immutatum, toties præsumitur esse receptum, quia in Reecessibus Imperii toties ad Jus Civile tanquam commune recurritur, ut adeo universaliter receptum esse nullum sit dubium.

CAP. CXXXVI.

Jus Feudale.

In Jure feudali, quando quid non reperitur decisum, regulariter standum est juri civili, *cap. 1. de feud. cognit. Bald. in cap. 1. §. præterea. & ibi Præpositus num. 9. de probib. feud. alien. per Frieder. Alex. cons. 55. colum. 4. lib. 4. & cons. 5. col. 2. lib. 5. Hartm. Pistor. 1. quæst. 15. num. 76. quod in causis feudalibus deficiente constitutione feudali recurrendum sit ad id, quod juri communi decisum est. Curtius jun. in tr. feud. p. 1. quæst. 4. in princ. n. 1. Zaf. in Epit. feud. part. 7. n. 6.*

CAP. CXXXVII.

De Jure in re & ad rem.

Axioma I.

Quodcunque Jus rem ipsam afficit sine interventu personæ, illud est jus in re. *l. 2. pr. ff. de pollicitat. & cap. 40. in fin. X. de præbend. cap. ad præbendam. de præbend. in 6to.* Ita Jus, quod Dominus habet ad utendum fruendum re suâ, item ad illam distrahendam, est Jus in re. vid. Hahn. *de Jure Rer. cap. 1. §. 11.*

II.

Quodcunque jus rem ita afficit, ut mihi contra unumquemque possesorem detur actio, illud est jus in re: ita dominium parit vindicationem, pignus quasi Servianam servitus confessoriam &c.

III.

Quodcunque jus rem afficit mediante facto personæ, illud est jus ad rem. Huc pertinent omnes Contractus & omnia delicta. *Tit. Instit. de Oblig. ita si quis alicui rem vendat, ei que pretium non solventi tradat, emptor non nisi jus ad rem consequitur. §. 41. Inst. de R. D.*

IV.

Quodcunque jus inheret rei, illud transit cum re ad omnem possesorem.

Quia hoc Jus est accessorium rei; rem ergo tanquam principale sequitur. Exemplum est in servitutibus, jurisdictione &c.

V.

Quoties res tollitur in totum, toties etiam tolluntur Jura rei coherentia, quia sublato principali tolluntur accessoria. Ita ergo sublato toto servitutis loco, e. g. si ex agro alveus fiat, definit quoque servitus ei inherens *l. 24. §. 1. ff. quem-adm. servit. amitt.*

VI.

Quoties ex obligatione jus agendi competit, toties tantum jus ad rem oritur.

Ratio: quia nulla obligatio afficit rem sed personam; hæc enim obligata dicitur ex facto suo ad dandum aliquid vel faciendum *l. 3. pr. ff. de O. & A.*

Declaratur, ut intelligatur de obligatione proprie sic dictâ, quæ definitur in *pr. Inst. de obligat.*

VII.

Quicunque jure ad rem experitur, ille nunquam contra tertium experiri potest; quia jus ad rem oritur ex obligatione, obligatio ex facto, eoque vero vel præsumto; factum verò personale cum re non transit nec datur adversus tertium.

Declaratur: nisi concurrat factum aliquid tertii obligatorium.

CAP. CXXXVIII.

Jus publicum, privatum.

Axioma I.

A qua persona jus publicum universum removet, ab eadem removet etiam omnes ejus partes, *l. si Titio 22. in princ. ff. quand. dies legat. l. si quis cum totum 7. ff. de Exception. rei judic. Oldendorpius lib. 2. consil. Marpurg. 5. num. 98.*

II.

Jus publicum pactis privatorum non immutatur, *vide infra lib. XIV. cap. pactum 1.*

III.

Jus publicum tripliciter ita dicitur: (1.) efficienter, quia jus aliquid autorem habet eum, qui summa potestate gaudet; ita in *l. 3. ff. qui testam. fac. poss. testamenti factio dicitur juris publici.* Eodem modo supponitur in *l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. 19. ff. de testam. tut. l. 38. de pact.* hoc significatu etiam jus privatum, utpote & ipsum à principe latum, publicum dici potest. (2.) finaliter, quatenus pro fine primario & immediato habet utilitatem publicam. Ita quidem videtur Tribonianus distinxisse Jus Publicum à privato *§. ult. Inst. de J. & J. & cum eo communiter Doctores, verum dantur etiam leges private, quæ utilitatem publicam pro fine immediato habent, ut Lex Papia de maritandis ordinibus, item cura decoris urbium in *l. 20. §. 10. de nov. oper. nunciat.* (3.) obiectivè, quia versatur circa res publicum statum concernentes, & ita potissimum à jure privato differt, quod controversias privatorum de meo & tuo respicit. Thomas. *in annotat. ad Struch. dissert. 1. lib. 1. voc. publicum.**

De Jure Repræsentationis vid. *successio ab intestato.*

CAP. CXXXIX.

Jus strictum & summum.

Summum jus, summa injuria, Cic. *lib. 1. offic. Cujac. l. 3. qq. Papin. ad l. 8. de collat.* Unde Juriconsultus jubetur esse studiosus æquitatis, *l. hac lege 8. C. de pact. convent. & sub juris (scilicet stricti & subtilis) auctoritate sæpe perniciosè errari ait Ictus in l. 91. §. sequitur 3. de verb. oblig. conf. l. 51. §. 2. ad Leg. Aquil. quam allegat Johan. Oldendorp. 1. consil. Marp. 3. num. 3. vid. infra lib. 17. cap. Subtilitas.*

N n

CAP.